



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Caput Trigesimumprimum. De conuerso Campensi à tentatione importunâ  
per ipsum liberato.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

**A** nita, quos inter quarto loco fuit Episcopus Mindensis, qui ut dicitur in manuscript. *ad ordines Henrici iens, in sacello Geuelsbergensi orauit &c.* vero mihi fit simile ante collationem ordinum autumnalem, quæ consecrationem Henrici præiuit hæc contigisse & (quod Historiæ Coloniensi seruit) circa idem tempus Henricum ab Episcopo Mindensi, sacro Presbyteratus ordine esse initiatum, nisi lubeat verba manuscripti sic explicare: ut ire ad ordines Archiepiscopi idem sit quod ire ad consecrationem, & si in eo sensu hæc accipiuntur, nihilominus historiæ tempus conuenit.

**B**

### Caput Trigesimum primum.

*De conuerso Campensi à tentatione importunâ per ipsum liberato.*

**C**ONVERSUS quidam Campensis monasterij, olim nobilis fuerat, & vitæ sic satis honestæ. Huic oranti adeò importunè se ingerebant *Eccl. 10.* cogitationes diuitiarum & honorum mundi huius, ut instar muscarum morientium, suauitatem vnguenti, id est, orationis deuotionem, perderent. Crebrò ille corpus suum cædebat virgis, & multorum Sanctorum suffragia implorabat, ut liberaretur: sed non impetrauit. Tandem memor Archiepiscopi ENGELBERTI pro iustitia cæsi, flexis genibus illum inuocauit, & eadem hora adeò liberatus est, ut deinceps nihil eiusmodi sentiret.

**C**

### Notatio ad Caput Trigesimum primum.

**D** Manuscript. ait conuerso huic nomen in sæculo fuisse Gerhardus ab Odocar.

§. Campensis Monasterij.

In finibus Diœcesis Coloniensis inferioris iuxta celebrem in Belgicis bellis munitionem, nuper ab Hollandis trium septimanarum spatio expugnatam Renibercam, successor Hermannus diuitis Fri-



Monasterium Campense.

Gg 2

dericus